

STEPHANVS HALBERSTATENSIS PRAESVL.



Stephanus ille amore literarum ordinem Sancti Benedicti adhuc adolescens assumpsit. In eo cum esset, diligentissime operam literis dedit, atque omnis generis artes & disciplinas didicit. cum itaque talis esset, Abbas Ilsenburgensis monasterij electus fuit. Eam functionem magna modestia & pietate peregit. Hinc factum cum Ecclesia Halberstiensis suo praefuli destitueretur, ut Stephanus hic (qui & Herrandus dicitur) ab eius collegij Canonicis Episcopus eligeretur, Anno post Christum natum millesimo octuagesimo octo. Verum is nihilominus libris inhæsit, atque sub persona Ludouici Comitis elegantisimum librum ad Vualtratum Episcopum Nienburgensem conscripsit. In eo papam defendit, & Heinricum Cæsarem accusauit. Moritur is tādem sub Heinrico quinto, cum præfuisse annis tredecim.  
Trit Anon.